Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26826
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Resurget frater tuus. Dicit
ei martha. Scio quia resurget
in resurrectione in nouissi-
mo die. Dicit ei ihs. Ego sum
resurrectio et uita. Qui credit
in me. et si mortuus fuerit u-
uet. Et omis qui uiuit et cre-
dit in me non morietur in eter-
num. Credis hoc. Ait illi Ma-
q dne. Ego credidi quia tu
es xpc filius di qui in hunc mun-
dum uenisti. Et cum diuisset.
abiit et uocauit mariam soro-
rem suam silentio dicens. Ma-
gister adest et uocat te. Il-
la ut audiuit surgit cito. et
uenit ad eum. Nondum enim uene-
rat ihs in castellum. sed erat
adhuc in illo loco ubi occurre-
rat ei martha. Iudei quia erant
cum illa in domo et consolo-
bantur eam. cum uidissent mari-
am quia cito surrexit. secuti sunt
eam dicentes. quia uadit ad mo-
numentum ut ploret ibi.

Maria quia cum uenisset ubi erat
ihs. uidens eum cecidit ad
pedes eius. et dixit ei. Dne. si fu-
isses hic. non esset mortuus frater
meus Ihs quia uidit eam plo-
rantem et iudeos qui uenerant cum
ea plorantes. fremuit spu et
turbauit se ipm. et dixit eis.
Ubi posuistis eum. Dicunt ei.
Dne uenI et uide. Et lacrimatus
est ihs. Dixerunt ergo iudei.
Ecce quomodo amabat eum. Quidam
autem dixerunt ex ipsis. Non pote-
rat hic qui aperuit oculos ceci
facere ut et hic non moreretur.
Ihs quia rursum fremens in se-
met ipso. uenit ad monumentum.
Erat autem spelunca. et lapis super
positus erat ei. Ait ihs. Tol-
lite lapidem. Dicit ei martha.
soror eius quia mortuus fuerat.
Dne iam fetet quadriduanus enim
est. Dicit ei ihs. Nonne dixi tibi
quoniam si credideris uidebis glo-
riam dei. Tulerunt quia lapidem.